



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Compendium Privilegiorum, Et Gratiarum Societatis Jesu

Pragae, Anno M.DCC.III.

VD18 13723553

Simonia.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65423](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-65423)

Hæc facultas, quod attinet ad inhibendum, omnibus Superioribus communicatur: quoad sepeliendum autem Præposito Generali reservatur, juxta Institutum.

Vide verbo *Ecclesia*. §. 3. & verbo *Familiares*. §. 1. & verbo *Interdictum*. §. 4. & 5.



SIMONIA.

Dispensatio in conventionibus circa Beneficia, &c.



IN unionibus, annexionibus, incorporationibus, & reformationibus, seu receptionibus Monasteriorum, Prioratum, vel aliorum Beneficiorum Ecclesiasticorum, pro Nostra Societate faciendis, possunt omnes Præpositi ac Rectores, cum Prælatis, & personis, quæ monasteria, seu beneficia hujusmodi obtinent, voluntque dimittere in commodum Societatis, vel alicujus Domus, seu Collegii ejusdem Societatis, inire conventiones, & pacta, quæ illicita, & quando Apostolicâ confirmatione carerent, expressè prohibita censerentur. Concessit Julius II. Olivetanis per Bullam, datam prid. Non. Jun. 1507. Incipit:

incipit: *Etsi ad universos*: est 12. in Bull.
comm. §. 36. & Canonicis S. Salvatoris
per Bullam dat. 4. Non. April. 1512. In-
cipit: *Inter ceteros*: est 30. ibid. §. 45. &
Leo x. Camaldul. per Bullam, dat 4. Non.
Jul. 1513. Incipit: *Etsi à summo*: est 2.
ibid. §. 4.

*Hac facultate nullus utatur: Et si quid de
presenti occurrat, consulatur Generalis.*



SOCIETAS JESU.

§. I.

Declaratur Societas mendicans.



Societas, ejusque personæ,
mendicantes esse declarantur
à Pio V. pag. 37. & omnes
qui tria vota elapso Novitia-
tus biennio, in Societate emittunt,
esse verè Religiosos, habetur in
declaratione Gregorii XIII. de
qua latiùs suprà verbo *Reli-
giosus*.

§. 2.

Impedientes vel molestantes ingressuros

K 3

No.